



Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De Sacerdote aliquem excludente à fructu suæ Missæ, parag. 13

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. XIII.

*De Sacerdote aliquem excludente ab
fructu sua Missæ.*

4 **S**upponimus, ut dictum est, intentionem Ecclesiæ esse, ut Missa offeratur pro omnibus Vivis, & defunctis, utique capacibus, itaque proficit pro sua portione, sicutem, quoad impetracionem.

Porro fuit quidam Sacerdos (quæ est hominum nequitia) qui voluit à fructu sua Missæ exclude re suum quendam adversarium, Petrum v. gr. Quæ situm fuit, quo peccato peccaverit, & rursus, an cum efficiet Petrum excluderit a prædicto fructu? quod est quæcetera An id licet, & validè intenderit.

2 Ad primum fuisse peccatum grave contra Charitatem: & item peccatum aliquid contra obedientiam, certum esto. a Ratio est,

quia

a Suar de Sacr. diss. 78. sec. 2. q. 5. sed
queri rursus potest.

Sacerdos
ulli aucto
natur, pro
etiam su
cijugium
teri, nisi
est mihi
m.
s, om
o, & re
cerdori
est, qui
implor
& fideli
teri nos
auantil
bro innu
e. & illa
istianis
ue

§. XIII.

8. 4

360 LIBER II.

quia adfuit odium, ex quo saltem
virtualiter inductus Sacerdos fuit
ad eiusmodi exclusionem. Præter-
ea licet non teneamur orare pro
singulis, tenemur etiamen eos non
excludere à communibus Ecclesiæ
suffagiis. Peccatum insuper fuit
contra obedientiam; dum non ser-
vata fuit intentio, & institutio Ec-
clesiæ, cuius Minister est Sacerdos.

3 Quoad secundum, incertates
est. Quidam putant excludi ab omni
fructu; Quidam excludi quidem
à fructu proveniente ex opere ope-
rato Christi, & ex privata interces-
sione Sacerdoris, quia horum fui-
tuum ipse est independens distri-
butor ex institutione ejusdem Chi-
risti, non vero à fructu proveniente ex
parte, seu nomine Ecclesiæ, quæ cù
includat omnes Fideles non habet
Sacerdos potestatem excludendi.
Res est ad Scholasticos pertinens,
de qua agit Suarez ibidem.

§. XIV.

a. S. Thom. & Nas. citati ab eod.
Suar. ibi.